Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Humilitatis signa sunt septem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

de filiis, de pura et intemerata Virgi
ne natus, rex regum, et Dominus do
minantium ſurgit a cena, ueſtimenta
deponit, ſe linteo cingit, aquam in pel
uim mittit, ante diſcipulos reueren-
da genua flectit, humilis, et pro cli-
uis pedes diſcipulorum lauit, qui de
nihilo cuncta creauit, & ſapientiam
quam ſi attendamus, magnam humili
tatis cauſam inuenire poſſumus. Cum Pſa. 146
enim eſſet ſapiens in tantum quod ſa-
pientiæ eius non eſt numerus, noluit
tamen nos docere, quomodo cælos
fecit, & aſtra, ſed illud euangelicum.
Diſcite à me quia mitis ſum, & humi- Mat. 11
lis corde. Et ideo ſi uolumus perueni
re ad celſitudinem Dei, oportet prius
habere humilitatem. Vnde Pater Au- Auguſ.
guſtinus ait. Ambula per Chriſti hu-
militatem, ut peruenias ad æternita-
tem, &c.

Humilitatis ſigna ſunt ſeptem.

PRimum eſt, amor humilium per
ſonarum. Eccleſiaſticus. Omne Ecc. 13
animal diligit ſimile ſibi. Secun
dum eſt amor propriæ uilitatis, ſicut
legitur de Dauide. Ludam (inquit) et 2. Re. 6

Idē. 16. uilior fiam. Idem. 16. Dimitte eum
Act. 5. (inquit) ut maledicat me. Act. 5. Ibi.
Apoſtoli gaudentes a conſpectu con-
cilii, quoniam digni habiti ſunt pro
nomine Ieſu contumeliam pati. Vnde
Bernardus. Venus humilis uilis uult
reputari, & non humilis prædicari. Et
Iſyd. Iſydorus. Qui enim ſibi eſt uilis, an-
te dominum magnus eſt, & qui ſibi
diſplicet,, Deo placet. Tertium eſt
alieno conſilio dicit, ſi ſe meliorem
non crederet, nequaquam cunctorum
conſilia ſuæ deliberationi poſtpone-
Bern. ret. Vnde Bernardus. Quæ maior ſu-
perbia quàm unus homo toti congre-
gationi ſe præferat, tanquam ipſe ſo-
lus ſpiritum Dei haberet? Quartum
eſt, ſi de propriis uiribus non confi-
Luc. 17 dat. Vnde Luc. Cum feceritis hæc o-
mnia, dicite ſerui inutiles ſumus, &c.
Greg. Et Gregorius. Vt cuiuslibet facta di-
gniora ſint, neceſſe eſt ut apud ſe in-
digna ſemper uideantur. Iſte enim ſo-
lus uincit diabolum. Vnde quidam.
Eſto humilis nec de te præſumes, &
poteris uincere. Nam ſolus uincitur
qui de ſe pręſumit, ſolus uincit qui
Auguſ. de ſe non præſumit, ait P. Auguſti-
nus. Et Bernardus. Qui de ſuis confi-
dit meritis, & propriis inititur ope-
ribus, cor illius non intrat gratia, ple-
nium plenum eſt, nec in eo inuenit

gratia locum ſui. Quintum eſt, ſi con
tumelias, et iniurias, uel correctio-
nes manſuetè et patienter audit. Vn-
de Ber. Qui non quærit gloriam, non Bern.
ſentit contumeliam. Nec timet con-
fundi in conſpectu hominum, qui ſo-
lum gloriam quærit apud dominum.
Et pater Auguſtinus facile eſt uelum Auguſ.
ante oculos portare, uiles ueſtes ha-
bere, demiſſo capite incedere, ſed ue
rum humilem patientia probat illatæ
iniuriæ Nam qui in ueritate humilis
eſt, patiendo iniuriam non turbatur,
non excuſat ſe ſuper te, in qua iniuriã
eſt perpeſſus. Sextum eſt, ſi ſecretum
diligit. Pſal. Omnis gloria eius filiæ Pſal. 44
regis abintus, &c. Et Ber. Solus uere Bern.
humilis parcit animę ſuæ, ne putetur
quòd non eſt, & ſemper quantum in
ſe eſt, uult neſciri quòd eſt. Septimũ
eſt, ſi libenter obedit. Vnde Gloſſa
ſuper illud Matthęi 3. Ego à te debeo Matt. 3
baptizari, & tu uis ut te baptizẽ, &c.
Beata eſt (inquit) humilitas, quoniam
non deſerit comes obedientiam. Et
notandum quòd eſt humilitas ſuffi-
ciens, habundans, et ſuperabundans.
Sufficiens eſt ſubdere ſe maiori, et ſe
non preferre æquali, & hæc eſt om-
nibus neceſſaria. Abundans eſt ſubeſ
ſe æquali, nec præferre ſe minori. Su
perabundans eſt, ſubeſſe minori. Hãc

obe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obedientiam Chriſtus adimpleuit, &
Matt. 3 ſic impletur illud Matthæi. Sic decet
nos implere omnem iuſtitiam, id eſt,
omnem humilitatem.

Honorare debemus parentes propter quatuor.

Eccl. 7. PRimo, quia ſcriptura docet. Ec-
cleſiaſticus. Honora patrem tu-
um, & legis matris tuæ ne obli-
Tob. 4. uiſcaris. Tob. Honorem habebis ma-
tri tuæ, omnibus diebus uitæ eius.
Baſil. Baſilius. Parentes noſtros ut propria
uiſcera diligamus. Secundo quia deo
placet, quod docuit dupliciter. Pri-
Exo. 20 mo, per præceptum. Exod. Honora
patrem tuum & matrem tuam. Secun-
do per exemplum. in eo quòd ſubdi-
Luc. 2. tus fuit Ioſeph & matri eius. Neque
cum eſſet in anguſtia paſſionis, obli-
tus eſt matris ſuæ, imò curam ipſius
Io. 19. habens Ioanni commendauit. Et mo-
do eam tantum facit honorari in ſan-
cta eccleſia, ut multi uideantur deuo-
tiores eſſe matri, quàm filio, quòd cre-
do ideo fieri, ut oſtendatur quantum
ſibi placeat. quòd parentes à filiis ho-
Eccl. 3 norentur. Vnde Eccleſiaſticus tertio.
Qui timet dominum honorat paren-
tes, & quaſi dominis ſeruiet his qui
ſe